



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 19. Sacri milites Germani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66377)

tum deinde, cui Regni custodia Rege absente committenda esset. Cumque hanc electionem Rex Præsulum & Principum arbitrio reliquisset, ac illi ad consilium coivissent, post aliquantulam moram primus rediens S. Bernardus, & Sugerium Abbatem atque Guilielmum Comitem Nivernensem monstrans, ait: *Ecce, duo gladii hic, & satis est.* Sors hæc omnibus placuit, solo Comite Nivernensi excepto, qui se Cartusiensium professioni devoverat, & post breve tempus propositum exsecutus est, quin ipsius Regis ceterorumque omnium precibus ab instituto revocari potuerit. Itaque Regiminis onus solius Sugerii Abbatis humeris incubuit, quod ipse non ante voluit suscipere, quam districtum mandatum Summi Pontificis accessisset. Inter hæc dies profecturis indicitur ad Pentecosten, quo tempore Metis cuncti convenirent. Rex vero, ex quo Crucem Vezeliaci in Festis Paschalibus anno millesimo centesimo quadragesimo sexto acceperat, eam nunquam non vesti Regiæ assutam portabat.

§. XIX.

Sacri Milites Germani.

Eodem mense Februario, anno millesimo centesimo quadragesimo septimo Rex Conradus Comitiam in Bavaria

*Otto I. Fris.
c. 40.*

Hist. Eccles. Tom. XVII. E cele-

Sæcul. XII. celebravit, præfente Adamo Abbate E-
A.C. 1147. boracensi, qui S. Bernardi vices gerebat.
 Is Missa celebrata & invocato S. Spiritu
 suggestum conscendit, atque recitatis
 Epistolis Papæ & S. Bernardi, nempe il-
 lis circularibus, de quibus mentionem
 fecimus, sermone brevi & familiari præ-
 sentes ad suscipiendam sacram profe-
 ctionem hortatus est. Persuasit quod
 optabat omnibus, quippe propenso ad
 hanc rem animo advenerant.

Crucem illico gerere cœperunt Hen-
 ricus Ratisbonensis Episcopus, Otto Fri-
 singensis, & Keimbertus Passaviensis.
 Henricus Dux Austriæ, Regis Conradi
 frater quoque, Crucigerorum militiæ
 insertus est, cum Optimatibus innume-
 ris. Illud vero portentum ac prodigii si-
 mile omnibus videbatur, quod raptorum
 & furum multitudo ingens ad reci-
 piendam Crucem conflueret. Hæc e-
 nim mutatio cœlo auspice fieri credebatur.
 Ladislaus Dux Bohemiæ præterea,
 Odoacer Styriæ Marchio, & Bernardus
 Comes Carinthiæ haud diu post Cruci-
 gerorum agminibus se junxerunt.

§. XX.

Otto Frisingensis.

Mart. Rom. Otto Episcopus Frisingensis, a quo nar-
15. Nov. rationem superiorem accepimus,
vit. Ott. init. genitus erat ex Leopoldo IV. Austriæ
Chron. Mar-